Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

triumphalis illius passionis in sede ce
lesti et honore divino fidei nostre se os
tenderet resurgens: qui mortuus credebatur. **Glo.** Vel quia quesitus advenit
x a patriarchis ante legem non est inventus.
quesitus apostolis et iustis sub lege non est inventus. quesitus a gentibus sub gratia invenitur.
Orig. Quia vero parvulus erat: invenitur
in medio preceptorum sanctificans eos. Unde sequitur.
Sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem.
Et hoc pietatis officio. ut nos doceret quod
pueris convenit sapientes et eruditi sint con
veniret. ut audiant potius magistros quam
docere desiderent. et se vana ostentatione
non iactent. Interrogabat autem non ut ad
disceret: sed ut interrogando erudiret. ex
uno quippe doctrine fonte manat et interrogare et respondere sapienter. Unde sequitur.
Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia
et responsis eius. **Beda.** Ad ostendendum enim quod
homo erat: homines magistros humiliter audiebat. ad comprobandum quod deus erat: eisdem
loquentibus sublimiter respondebat. **Greg.**
Querit enim venerabiliter. audit prudenter.
respondet quoque prudentius. quod stuporem faciebat.
S. iohem Unde sequitur. Et videntes admirati sunt.
S. iohem **Euseb.** Nullum quippe miraculum egit deus
in puericia: hoc tamen unum prodit lucas. propter
quod mirabilis videbatur. **Beda.** Divina siquidem lingua sapientiam prodebat. sed infirmitatem etatis pretendebat humanam. Unde
iudei inter alta que audiunt. et infirma que
vident: dubia admiratione suspendebantur.
Nos autem nequaquam miremur: sacientes secundum
prophetiam quod sic parvulus natus est nobis
quod permanet deus fortis. **Theophil.** Cum virgo
dei genitrix mater ineffabili iucunditate exultaret
quod cum lacrimis inquisicionem dolorosam ostendit. et omnia sicut mater et fiducialiter
et humiliter et affectuose exprimit. Unde sequitur.
Et dixit mater eius ad illum. fili quid fecisti nobis
sic. Ecce ego et pater tuus dolentes querebamus te.
Orig. Noverat sancta virgo hunc non esse
filium ioseph. sed tamen patrem nominat illum
sponsum. propter suspicionem iudeorum estimancium ipsum vulgo fore conceptum. Dicere autem forte simpliciter quod eum honoraverunt spiritus sanctus patris nomine. eo quod patrem
ipsum educavit. Artificio vero eo quod genealogiam ioseph ex david producit.
ne sibi fluvia censeretur. Cur autem dolentes eum querebant: an eo quod perierit puer
non estimabit. Absit. Nunquam enim fieri poterat ut perditum foret indicaret infantem:
quem deum esse cognoverant. Sed quomodo tu
si quando scripturas legis queres in eis sensum cum dolore non quod scripturas errasse
arbitreris. sed veritatem quam inclusa est huic
quesivit invenire. Ita illi querebant ihesum.
ne forte relinquens eos reversus esset ad
celos cum illi placuisset terram descensurus. Sed ergo eum qui querit ihesum non negligenter et dissolute querere. sicut multi querunt
et non inveniunt. sed cum labore et dolore.
Glo. Vel metuebant ne quod herodes in infancia eius pati, sed quievit: tunc iam in
puericia positum inventa opportunitate aliquid efficerent. **Greg.** Sed ipse deus respondet: ad
omnia et corrigens quodam modo dementiam eius de eo
quem putabant patrem verum patrem manifestat
docens non se proximi infima generari. sed in altum
extolli. Unde sequitur. Et ait ad illos.
Quid est quod me querebatis. **Beda.** Et quod
potius debeat eis cum esset eternus ipsius filium
mentis oculos attollere cogit. Unde sequitur.
Nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt oportet me
esse. **Ambr.** Due sunt in christo generationes.
una paterna. altera materna. Paterna divinior.
materna vero qua in primum laborem usque descendit. **Cyrill.** Hic ergo dicat ostendens se mensuram humanam transcendere. et innuens quod sacra virgo effecta sit ministra negocii cum
peperit carnem. Ipse vero filius et vere deus erat.
et filius patris excelsi. Hinc autem valentini
sectores audientes quod templum erat de.
provideat dixere quod etiam et legis deus et templi
non ipse pater est christi. **Epiphan.** Attendat
et ebyon quod post annos xii. et non post